



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

166. An patronus possit præsentare filium suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

2. n. 27. Castrop. loc. cit. p. 7. n. 2. citans c. *didicimus*, 24. q. 1. Lamb. l. 2. p. 1. q. 8. a. 9. & 10. Barb. p. 3. de post. Ep. alleg. 72. n. 88. & seq.

Quæstio 166. An patronus possit præsentare filium suum?

Respondeo affirmativè: nullibi enim talis præsentatio prohibetur; cum pater & filius sint personæ distinctæ, & licet quandoque in jure pro eadem persona usurpentur, ut *l. fin. c. de impub. & aliis substit. c. contradicimus*, 35. q. 3. hujusmodi tamen fictio juris, quæ reputantur una persona, in spiritualibus, & nominatim in electione & præsentatione, non attenditur. Abb. in c. *consuluit*, h. r. Barb. p. 3. de post. Ep. alleg. 72. num. 94. Azor. p. 2. l. 6. c. 21. q. 2. quos citat & sequitur Castrop. Corrad. l. 4. c. 2. n. 20. citans Paul. de Citad. r. de jure patr. q. 11. n. 95. Similiter avus præsentare potest nepotem, seu alios consanguineos. Corrad. *ibid.* gl. in cit. c. *consuluit*. Vivian. l. 6. c. 6. n. 23.

Quæstio 167. an donatarius præsentare possit donantem jus patronatus?

Respondeo posse: modò donatio hæc juris patronatus careat omni vitio suspitionis & fraudis. Proinde debet esse non tantum libera totius juris patronatus cum consensu Episcopi facta donatio, ut Paul. de Citad. ex Jo. And. in c. *ex insinuatione*, h. r. Sed debet insuper esse ita absoluta & perpetua, ut omne jus, quod donans in illo jure patr. habet, ab ipso plene ac perpetuò translatur, ac penitus & in totum abdicatum esse censetur, ita ut nullum jus, sive cumulativè, sive privativè donanti reservatum censetur (adeoque id ipsum exprimi debet, quòd privativè donetur, cum ut dictum aliàs, si patronus donet jus patr. simpliciter, id intelligatur cumulativè, nò privativè) ut proinde donatarius sit effectus, & privativè (intellige respectu donantis) patronus, & proprio nomine præsentare possit, non pro unica vice tantum (tunc enim præsentare non poterit

donatorem, quia hoc modo non erit vera donatio) sed pro quavis vice, seu quoties beneficium vacarit. Corrad. loc. cit. num. 24. ubi insuper requirit, ut hæc donatio juris patr. facta sit, antequam Ecclesia patronata vacet, nec ad sit suspicio vacationis, Et licet hæc donatio fieret per patronum, postquam beneficium vacavit, vel cum instaret tempus vacationis, essetque facta donatio expressè vel implicite ad effectum, ut donans præsentetur à donatario, nullatenus subsisteret, foretque pactum & conditio fraudulenta & Simoniaca juxta Corrad. *ibid.* ubi citat pro hoc c. *fin. de præb. in 6.* Lamb. & c.

Quæstio 168. An præsentatus invalide ob crimen, emendatus dein, possit præsentari denuo?

Respondeo: videri posse, quæ in simili dicta sunt de electione, quæ etiam in præsentatione habere locum videntur, & sic expressè docet Abb. in c. *super eo. de elect. n. 4.* apud Laym. in *idem c. n. 2.* extendendum etiam ad præsentationem & collationem, quod communiter docent AA; quòd repulsus semel ob crimen eligendus aut promovendus non sit; hoc ipsum tamen, quia nullo textu juris vetatur, dum crimen plene emendatum & sublatur supponitur. Laym. loc. cit. non nisi sub hac limitatione recipit; quòd talis repulsus non sit denuo promovendus, nisi superioris dispensatio, præmissâ cognitione de præsentate habilitate personæ, accedat; cujus hanc reddit rationem, quòd negari non possit per ejusmodi repulsam, renunciationem, depositionem personæ, affirmationem non parum gravari, ut nova promotio non ita facile sit admittenda, sicut etiam quis ob crimen commissum circa ipsam electionem, præcipuè simoniam, redditur denuo ineligibilis; donec cum eo dispensetur, argumento c. *quisquis. de elect.* Laym. loc. cit. vide de his plura in 1. parte, ubi de personis, quibus conferenda beneficia, uti etiam de vitiatis corpore, infamibus, censurâ notatis, bigamis, & c.

CAPUT TERTIUM. DE INSTITUTIONE.

PARAGRAPHVS I.

De habente instituere.

Quæstio 169. An, & qualiter Episcopo competat jus instituendi præsentatos à patronis?

Respondeo primò: competere jure communi Episcopo omnes præsentatos à patronis ad quacunque beneficia suæ diocesis instituere. c. *ex frequentibus. de institur.* Abb. *ibid.* n. 2. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 2. Pirh. ad r. de institur. n. 1. cum communi. Competitque hoc jus Episcopo etiam nondum consecrator; quia non spectat ad ordinem, & institutio non est actus

Ordinis, Bassa. To. 2. v. *beneficium* §. 5. n. 13. cum communi. Et sicut mox ab electione confirmata conferre potest beneficia juxta c. *nostri. de elect.* ita multò magis in iis instituere, utpote quod minus est, Lott. l. 2. q. 2. n. 9. comperitque hæc potestas instituendi, uti & confirmandi jure magistratûs, reputatû que inter jurisdictionalia tanquam fructus jurisdictionis. Lott. *ibid.* num. 17. citans Bellam. *cons.* 20. num. 13. Gamb. *de off. leg.* l. 3. n. 222. Secus ac contingit in potestate conferendi; hanc enim nullâ ratione cõpetere Episcopo ratione magistratûs, seu spectare ad eus jurisdictionem, ait Lott. n. 5. Sed esse potestatis accidentalis cujusdam, eodem nihilominus tempore concessæ, quo conceduntur seu imprimuntur ei jurisdictionalia; nimirum ex speciali concessione legis, Can. *omnes Basilicæ*, 16. q. 7. Lott. n. 12. ex Butrio *cons.* 19. num. 20. citante seipsum l. 1. q. 21. non enim omnia, quæ competunt magistratui alicui, competunt